

se extendere, quoad mater infidelibus Principibus subditi, censet ubiominus ad eos extendi, statim ac sunt Christiani Principibus subditi, eo quod (inquunt) quodammodo subditiur Ecclesie, hoc ipso quod sunt subditi Christiani Principibus. Ita Ledesma apud Sanchez lib. 7. disp. 3. num. 3. Oppositum tamen videtur probabile, cum Ecclesia nec in eos habeat jurisdictionem temporalem nec spiritalem: omnis enim spiritualis jurisdictione, quam Ecclesia habet in homines fundatur in charitate Baptismi, qui sicut est homini primus aditus ad Religionem Christianam ingressum, ita & primum fundamentum per quod subditiur Ecclesie.

Confirmatur: Matrimonium infidelium Christiani Principibus subditorum, non est sacramentum, sed tantum contractus civilis: Atque contractus civiles infidelium non subditiur Pontifici, sed Principi seculari Ergo & matrimonium.

6 Dico secundo: Principes fideles potestatem habere statuendi suis subditis fidelibus impedimenta matrimonii dirimentia. Ita S. Thomas in 4. dist. 34. qu. unica art. 1. ad 4. ubi sic ait: *Matrimonium, in quantum est in officium naturae, statuitur lege naturae, in quantum est sacramentum, statuitur legem positivam: in quantum est in officium communitatis, statuitur iure civili: & ideo (concludit) ex quilibet iurum legum potest aliquis persona esse ad matrimonium illegitima.* Et rursus 4. contra Gent. cap. 78. sic dicitur: *Considerandum est, quod quando aliquis ad alteros suos ordinatur, indiget habere diversa dirimentia in iura, quia fuit est proprietas eorum: generatio autem humana ad multa ordinatur, scilicet ad perpetuitatem speciei, & ad perpetuitatem aliquis boni politici, puta populi in aliqua civitate; ordinatur etiam ad perpetuitatem Ecclesie, qui in fidelium collectione consistit, unde oportet quod huiusmodi generatio a diversa dirigatur. In quantum legitur ordinatur ad bonum naturae, quod est perpetuitas speciei, dirigitur in finem a natura inclinante in bonum finem, & sic dicitur esse naturae officium: in quantum vero ordinatur ad bonum politicum subiectae ordinationi civili legitur. In quantum autem ordinatur ad bonum Ecclesie, oportet quod subditiur regimini Ecclesie.* Quibus locis Sanctus Doctor conclusionem nostram & docuit & probavit. Matrimonium enim non solum est Sacramentum, in bonum Ecclesie, & fidelium sanctificationem ordinatum, sed etiam contractus civilis, ordinatus in bonum politicum, & in officium communitatis: Sed contractus civiles, iuri civili, & Principum secularium legibus subditiur: Ergo & matrimonium, subindeque Principes fideles potestatem habent statuendi suis subditis fidelibus impedimenta matrimonii dirimentia. Nec tamen potestatem ab eis (Christus abdicavit, cum Matrimonium ad dignitatem Sacramenti exivit, sed potius eam praesupposuit, non minus quam praesupposuit contractum valide initum, ut materiam huius Sacramenti. Quemadmodum ex eo quod Christus verba ex hominum plerique significantia exivit ad rationem Sacramenti, non obstat a Republica potestatem illa quoad significationem mutandi, & alia idem significantia, eorum loco substituendi.

S. II.

Corollaria precedentis doctrinae.

7 Ex dictis colligitur primo, quod si aliqua leges sint ab initio regno irritantes matrimonium, maxime si dicentibus Summis Pontificibus, de facto illas valere ad iurata matrimonium. Si enim consuetudo legitime praescripta, vim legis habet in rebus aliis etiam ecclesiasticis, ut patet ex cap. Cum alius de Clerico conjugato; cur non in matrimonio, de quo etiam specialiter ad affirmatur in cap. Super eo de cognat. spirit. ubi dicitur matrimonium initum contra receptam consuetudinem patriae, esse dirimendum: quia nimirum ab initio fuit irritum, cum consuetudo nullam vim habeat dissolvendi matrimonium legitime initum, eo quod ejus vinculum sit iuris naturalis & divini.

8 Colligitur secundo, posse Principes fideles suis subditis infidelibus statuere impedimenta matrimonii irritantia, & idem dicendum de Principibus infidelibus, etiam respectu fidelium sibi subditorum; cum enim talia matrimonium sint contractus civiles, in bonum politicum, & officium communitatis ordinati, iuri civili, & Principum sive fidelium sive infidelium legibus subditiur. Unde apud multas barbaras nationes, concubina inter alienigenas prohibita & invalida sunt.

9 Colligitur tertio, Principes, sive Ecclesiasticos, sive seculares, non posse constituere impedimenta matrimonii dirimentia, nisi iusta & rationabili causa id exigente: quia potestas humana, sive Ecclesiastica, sive secularis, non potest sine causa restringere jus naturale, quod quilibet habet contrahendi matrimonium, iuncto sibi a natura permisso, neque potest de re tanti momenti, quantum est

matrimonium, pro iure suo arbitrio disponere. Unde Tridentinum sess. 24. decreto 1. cap. 1. irritare volens clandestina matrimonium, affirmavit, se id facere propter graviam incommoda, & peccata, quae ex huiusmodi matrimoniis oriri solent; frequentur enim conturbant, ut qui tam matrimonium cum una contraxissent, & consummasset, postea coram, sed invalide, contraheret cum altera, cum qua per totam vitam in perpetuo adulterio vivebat.

Colligitur quarto, posse Ecclesiam alicui in particulari interdiciere matrimonium cum certa persona, iusta & rationabili causa id exigente: si enim potest ex causa rationabili interdiciere & irritare matrimonium generaliter, inter consanguineos v.g. vel affines, usque ad quartum gradum, & olim usque ad septimum: quidam etiam existente tali causa poterit irritare specialiter interduta certas personas, & impedire ne valide contrahant? Puta, quia ex tali contractu orirentur magna dissidia inter parentes, vel fieret gravis injuria alicui tertio, vel grave damnum Reipublicae immineat. Potest etiam Ecclesia, in penam delicti, alicquem penitus inhabilem reddere ad quodcumque matrimonium, et unquam privare iure naturali quod habet matrimonium contrahendi; sicut potest in penam criminis alicquem liberato naturali privare, detinendo in carcere perpetuo, vel etiam vitam ipsa privare.

Colligitur quinto, fideles, ubicumque existant, teneri servare leges Ecclesiasticas matrimonium prohibentes, vel irritantes: quia licet versentur in terris infidelium, non desunt esse subditi Ecclesie. Immo quavis sunt Apostatae, & ad errores moreque infidelium transierant, semper retinent characterem Baptismi, & subjectionem potestati Ecclesie, quam non possunt abijcere. Infideles vero in terris fidelium existentes, non tenentur servare leges Ecclesie prohibentes aut irritantes matrimonium, quia non sunt subditi potestati Ecclesie: unde possunt licite & valide contrahere, servando leges Principum secularium, quibus subditi sunt.

Colligitur sexto, graviter peccare fideles, qui cum aliquo impedimento ab Ecclesia statuto matrimonium contrahant, quia fit contra prohibitionem Sacramenti in re gravi, & si impedimentum sit dirimens, Sacramentum inde redditur irritum. Unde peccatum eorum qui scienter & sponte contrahunt cum aliquo impedimento dirimente ab Ecclesia statuto, committunt triplicem deformitatem habere: unam inobedientiam contra preceptum Ecclesie; alteram sacrilegium contra religionem & reverentiam debitam Sacramento, quod sua culpa irritum reddunt; tertia contra castitatem, ordinando talem contractum ad habendam copulam, praetextu veri matrimonii.

S. III.

Solvuntur objectiones.

Contra praecedentes conclusiones, & corollaria inde deducta, obijciunt haeretici, quod si auctoritas humana, Ecclesiastica, vel secularis, possit autoritate matrimonii impedimenta dirimentia, quae Deus ipse non apponit, homo separare possit quae Deus coniungit, contra illud Matth. 19. *Quod Deus coniungit, homo non separat.* Sed facile respondetur negando sequentiam, Deus enim non coniungit per matrimonium nihil eos qui legitime contrahunt, quales non sunt illi quibus iura de causa, ab Ecclesiastica, vel seculari potestate appositum sunt impedimentum dirimens, quo reddantur inhabiles ad contrahendum.

Potest insuper obijci, quod nulla potestas humana, etiam Ecclesiastica, potest mutare materiam vel formam Sacramentorum: Si vero possit Ecclesia statuere impedimenta matrimonii dirimentia, potest mutare materiam huius Sacramenti, quae potest irritare contractum aliqui legitimum, qui contractus est materia Sacramenti Matrimonii a Christo instituta.

Verum huic difficultati objectioni abunde satisfacimus dist. 4. art. 3. s. 11. ibi enim ostendimus, quod licet Ecclesia non possit mutare materiam Sacramenti Matrimonii formaliter, id est efficiere ut alia sit materia huius Sacramenti, quam contractus legitimus; bene tamen materialiter, efficiendo scilicet ut contractus qui antea erat legitimus, non sit amplius legitimus. Sicut qui immutaret vel corrumpere aquam vel vinum, efficeret ut non essent amplius materia Baptismi vel Eucharistiae, subindeque horum Sacramentorum materia, non formaliter, sed materialiter tantum immutaret. Vel sicut si Ecclesia, vel Republica secularis, per novam institutionem, mutaret sensum horum verborum, *Ego te baptizo*, in alium plane diversum, & alia ad idem significandum eorum loco substitueret, mutaret quidem materialiter formam Baptismi, sed non formaliter: quia semper sciret, quod verba quibus externa corporis ablutio significatur, essent forma huius Sacramenti a Christo instituta.

Ad complementum huius celeberrimi difficultatis quaerens, 16 an Principes seculares potestatem habeant dirimens ma-

trimo-

trimonia, non solum quatenus sunt contractus civiles, sed etiam in quantum rationem Sacramenti habent, seu impediendi quod contractus conubiales ab ipsis prohibiti, ad rationem & dignitatem Sacramenti pertingant?

Respondet, id non posse directe & per se; cum enim leges Principum sint pure humanae & politicae, per se & directe attingere nequeunt ea, quae sunt iuris divini, quia sunt Sacramenta. Id tamen posse indirecte & per accidens, Christus enim ad dignitatem Sacramenti eos tantum contractus matrimoniales elevare voluit, qui liciti & legitimi sunt, non vero eos qui sunt illegitimi & illiciti, ut constat ex supra dictis: At Principes legibus suis efficere possunt, quod aliqui contractus matrimoniales fiant illiciti & illegitimi, ut supra ostensum est, & duplici Divi Thomae testimonio declaratum: Ergo indirecte saltem & per accidens praestare possunt, quod illi ad dignitatem Sacramenti non perveniant, sed ea careant ac priventur.

Confirmatur & magis illustratur hac ratio: Destructo fundamento, adificium superstructum destrui pariter necesse est: Sed basis & fundamentum Sacramenti Matrimonii, est solum contractus conubialis validus ac licitus; cum hunc solum contractum ad Sacramenti dignitatem Christus elevare voluerit: Ergo cum Principes suis legibus possint hoc fundamentum destruire, ac reddere contractum aliqueum matrimonialem invalidum & illicitum, possunt per accidens & indirecte impedire, ne aliqui contractus conubiales rationem & dignitatem Sacramenti attingant.

17 Observandum tamen est, nunquam Principes Christianos uti talis potestate, vel quia illius usum Ecclesie sponte cessant, ut ait Petrus Soto de Matrimonio lect. 4. vel ut alii volunt, quia Ecclesia iustis de causis, usum talis potestatis sibi reservavit. Ex quo intelliges, matrimonium filiorum familiae, sine consensu patris inita, non obstante quod ab Henrico III. Galliae Rege in Comitibus regni Blefensibus art. 40. prohibita ac irritata sint, non careere tamen ratione Sacramenti, sed totam illam nullitatem & invaliditatem declarationem restringi & concludi intra limites aliorum effectuum vel poenarum pure civilium, quas supra dist. 4. art. 3. s. 3. declaravimus. Unde tertio toto rerum & decretorum Cleri Francici habetur, quod cum Rex Christianissimus Ludovicus XIII. suum publicari fecisset edictum anni millesimi sexcentessimi vigesimi noni, mensis Januarii, eoque renovaret praedictum articulum quadragesimum Edicti Blefensis, & Iudices Ecclesiasticos juberet conformiter ad illud in causis matrimonialibus judicare: Clerus Gallicanus, eo tempore sua Parisiis comitia habens, Regem suppliciter his verbis ammonuit: *Rex humillime supplicatur, ut considerare non pigeat, quantum sit momentum in hoc articulo, qui eget expositione ad duarum difficultatum elucidationem. Prima est, ut non aliter intelligatur haec vox, valide aut invalide contractus matrimonii, quam per relationem ad contractum civilem, & nullatenus ad contractum spirituale Sacramenti. Secunda, ut non abringatur Ecclesiastici ad iudicandum secundum huiusmodi edicti simulque Ecclesiastici articulos; sed iuxta sacros Canonos, & Ecclesiastica decreta, quae sunt unica regula & norma iudicii Ecclesiasticorum. Illi enim non possunt aut debent jurisdictionem, quam a solo Deo collatam habent circa res spirituales, ab ipso laici mutuari. Quapropter necesse est ex isto articulo haec verba rescire: Et obligabuntur Ecclesiastici Iudices in causis huiusmodi matrimonium iudicare ad huiusmodi articuli normam.*

Ad hanc supplicem requisitionem, Rex Christianissimus officium respondendi commisit magno Regni Cancellario, & selectioribus quibusdam officialibus sanctioris Consilii. Hi verbis istis ex scripto responderunt: *Commentio Cleri, quod spectat ad privum difficultatem, se resoluta fuit: verba ista (valide aut invalide contractus matrimonii) non esse aliter explicanda, quam per solum relationem ad contractum civilem, per laicos iudicet. Altera pariter difficultas, iuxta & rationi congrua visa fuit.*

DISPUTATIO VIII.

De impedimentis prohibentibus.

Ad eandem questionem 50. Supplementi.

Impedimenta matrimonii alia sunt quae dicuntur impedimenta tantum, quia scilicet impediunt, ne matrimonium licite contrahatur, contractum tamen non irritant. Alia vero sunt, quae dirimentia appellantur, non quod matrimonium iam factum & valide contractum dirimant, ut ipsi termini significare videntur, (constat enim ex dictis dist. 3. matrimonium semel valide inter Christianos contractum per solam professionem Religiosam, idque ante consummationem, de facto dirimi) sed quia efficiant, ut nedum illicite, sed etiam invalide matrimonium contrahatur: ita ut cum aliquo ex his impedimentis

contrahentes, separari debeant, nisi iterum valide contrahant. De primis impedimentis, breviter hic agemus; de aliis vero paullo fusius dist. sequenti differemus, quia circa illa graviores extant difficultates & controversiae.

Impedimenta ergo primi generis committuntur numeratur duodecim, quorum aliqua ex iure naturali, alia ex positivo oriuntur, quaedam ex iure ortum ducunt, alia vero ex aliis causis proveniunt. Quae prima, quae non oriuntur ex crimine, sed ex alia causa, his verbis comprehenduntur:

*Ecclesia vetitum, nec non tempus servatum, Atque Catechismus, sponsalia, iungio votum, Impediunt fieri, permittunt facta teneri.*

Alia vero septem, quae oriuntur ex crimine comprehenduntur istis:

*Incessus, rapus sponsae, mors mulieris, Susceptus probris sobolis, mors presbyterialis, Vel si pariter sollemniter, aut monialiter Accipiat: prohibent hac conjugium faciendum.*

ARTICULUS I.

Quinque prima impedimenta exponuntur.

Primum impedimentum prohibens, est Ecclesie vetitum, id est prohibitio facta a superiori Ecclesiastico, de matrimonio contrahendo, quae potest esse vel generalis & communis omnibus fidelibus, ut prohibitio contrahendi sine praevitis denunciationibus, aut earum dispensatione, vel specialis, ut cum aliquibus in particulari iusta de causa prohibetur matrimonium, puta ad vitandum scandalum, aut aliud grave incommodum, vel quia est suspicio impedimenti, & veritas prius detegenda est: vel quia fit praedictum tertio; & talis prohibitio potest esse, vel ad tempus tantum, ut in exemplis adductis; vel in perpetuum, ut qui uxoris conjugium cognovit, prohibetur ab Ecclesia, ne ullo unquam tempore, etiam desuncta uxore, alteri nubat, C. 1. De eo qui cognovit conjugium uxoris.

Secundum impedimentum prohibens, est tempus servatum, id est certum anni tempus, quo Ecclesia matrimonium celebrari vetat, quod ante Tridentinum incipiebat ab Adventu usque post Epiphaniam, a Septuagesima usque ad octavam Paschae, a diebus Rogationum ad octavam Pentecostes, & tribus hebdomadis ante festivitatem S. Joannis Baptista, ut ex variis Conciliis & Patribus refert Gratianus 33. quaest. 4. ut nempte fideles eo tempore melius se disponerent ad sacramenta confessionis & communionis, quae ex Concilio Agathensi, tribus hisce festivitatis, Natalis, Paschae, & Pentecostes, fideles obligant. Sed Tridentinum sess. 24. c. 10. de reform. Matrimonii, illud tempus contraxit aliquantulum, prohibens tamen ne fiat nuptiae sollemniter, ab Adventu usque ad diem Epiphaniae, & a feria quarta Cinerum, usque ad octavam Paschae, & a feria quarta cinerum quibus diebus illis Adventus & Quadragesimae, jejuniis & orationibus vacandum est, abstinendumque a vane letitiae signis, quae in sollemnitate nuptiarum adhiberi solent, conviviis, tripadiis, chorais, & huiusmodi.

His porro diebus non prohibetur, saltem post Tridentinum, matrimonium simpliciter, sed solum cum sollemnitate, ut liquet ex verbis ipsius Concilii, quae habent: *Ab Adventu Domini nostri Jesu Christi usque in diem Epiphaniae, & a feria quarta Cinerum usque in octavam Paschae inclusive, antiquas sollemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observari sanctis Synodus praecipit; in aliis vero temporibus nuptias sollemniter celebrari permittit.* Accedit declaratio Cardinalium Tridentini interpretum, in hac verba: *Quocumque tempore potest matrimonium contrahi coram Parocho: sed nuptiarum sollemnitates, convivia, tractus sponsa ad domum sponsi, & carnalis copula, certis temporibus prohibentur. Immo plures existimant, his temporibus, non solum licere matrimonium sine sollemnitate contrahere, sed etiam illud consummare, saltem si benedictio fuit ante accepta, & ad summum, culpam esse venialem, si nulla subit consummandi causa. Unde ajunt, Congregationem Cardinalium, dicentem his temporibus carnalem copulam prohiberi, intelligendam esse non de precepto, sed de consilio, vel iuxta antiqua iura, quae prohibebant illis temporibus matrimonium consummari. In omnium vero sententia, licet tunc inire sponsalia de futuro, & praemittere denunciations, quia hac nullo tenore iuris eo tempore prohibentur, & quavis aliqua iura antiqua id vetarent, contraria tamen consuetudine revocata censentur, & a Tridentino non renovantur prohibitiones, nisi circa sollemnitatem nuptiarum, ut patet ex verbis paullo ante relatis.*

Multi etiam celebres Theologi non improbabiler docent, tempore interdicti posse matrimonium contrahi sine sollemnitate; cum enim matrimonium (inquunt) sit res ardua, & ad illud contrahendum homines habeant ab ipsa natura plenum jus, non est praesumendum, Pontificem velle



velle ejus celebrationem impedire, nisi in suis decretis de hoc faciat expressam mentionem: unde existimandum non est, quod per solum generale interdictum velit Pontifex matrimonium quoad substantiam prohibere, sed dumtaxat quoad sollemne benedictionem Sacerdotis. Idque confirmant ex c. *Capellan*. de feriis, ubi Clemens III. ait matrimonium quocumque tempore contrahi posse: quod Glossa explicat de contractione matrimonii sine sollempnitate. Nec obstat, quod tempore interdicti prohibeantur omnia sacramenta, præter Baptismum, Confirmationem, & Pœnitentiam, ac Eucharistiam per modum viatici, ut constat ex c. *Alma mater* de sent. & excommunic. in 6. cum enim ex aliis juribus, præsertim ex verbis Clementis III. jam relatis, constat, Matrimonium non comprehendi sub generali prohibitione sacramentorum, non fuit necessaria specialis exceptio illius, ut non intelligeretur cum reliquis sacramentis prohibitum.

5 Tertium impedimentum prohibens est Catechismus, id est cognatio spiritalis nata ex catechizatione seu instructione in fide, quæ fit ante quam Ecclesie super baptizandum. Verum licet jure antiquo contraheretur ejusmodi cognatio, ut habetur expresse cap. 2. de cognatione spiritali in 6. idque ex eo quod Catechismus sit quædam futuri baptismi professio, ejusque initium; vel etiam quædam regeneratio imperfecta per fidem, quam protelatur patris pro parvulo; sicut sponsalia sunt quoddam matrimonii initium; & consequenter, sicut in iis contrahitur quidam gradus propinquitatis, ita & in illo contraheretur quædam cognatio spiritalis imperfecta: videtur tamen sublatum tale impedimentum per Concilium Tridentinum sess. 24. de Matrimon. cap. 2. ubi expresse statuitur, cognationem spiritalem non contrahi in baptizante, nisi inter susceptores & baptizatum ipsam, illi que patrem & matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizateque patrem & matrem; nullamque profus mentionem facit Catechismi, aut tenentis in Catechismo. Quod si non solum per Baptismum, sed etiam per Catechismum cognatio spiritalis contrahatur, hocque impedimentum non fit per Tridentinum sublatum, ut Navarrus, Valentia, Rebellus, & alii existimant de illo ut de baptismo sentiendum est, quoad mensuram graduum, quia perfecta cognatio spiritalis debet esse regula seu mensura imperfectæ; & ut recte ait Navarrus in Manuali cap. 22. quoties duo sic se habent, ut unus sit mensus, & alter mensum, lex que corrigat & limitat mensum, censetur consequenter corrigere vel limitare mensum, si eadem ratio in utroque militet.

6 Quartum impedimentum est sponsalia, seu promissio futuram nuptiarum alicui facta; qui enim cum aliqua sponsalia contraxit, non potest sine peccato mortali cum alia matrimonium inire, nisi ex justa causa promissionem alteri factam dissolvat, ut constat ex dictis disp. 3. Nihilominus si matrimonium cum posteriori contrahat, sponsalia legitime non solvitur, illud validum erit; quia hoc impedimentum non dirimit contractum, sed tantum contrahendum impedit, sicut & alia de quibus nunc agimus.

7 Quintum est votum simplex Religionis, aut castitatis, aut suscipiendi Ordinem sacrum, aut non in eodem matrimonio: hoc enim jure naturali, & ex natura ipsius voti, propter fidem Deo datam, & promissionem illi factam, obligat ad non contrahendum matrimonium, subindeque reddit illud illicitum, non tamen invalidum. Nam, ut ait S. Thomas hic quæst. 53. art. 1. Votum simplex est tantum promissio. Res autem alicui promissa tantum, manet adhuc in dominio promittentis, potestque valide, quamvis illicitè, ab eo donari alteri. Quare votum simplex castitatis, id est promissio Deo facta proprii corporis, ad continentiam servandam, non impedit quin votens possit valide, sed non licite, illud tradere uxori per matrimonium.

Si quis autem voto castitatis vel Religionis adstrictus, spe & pacto futuri conjugii, virginem desoravit, aut honestam aliquam viduam carnaliter cognovit, voto non obstante, tenetur matrimonium cum ea contrahere, postea saltem quod damnum fame inde emergens non possit alteri reparare: quia necessitas reparandi hoc damnum, prævalet voto ipsi contrario: sicut in casu quo quis volisset dare ceptum aureos pauperibus, posteaque debuit justitiam contraheret totidem reddendi, ratione mutui, vel injuste acceptationis, neque posset utrique obligationi satisficere; hæc posterior obligatio prævaleret.

Queres, an qui votum castitatis emittit, possit inire matrimonium, animo non consummandi, sed ingrediendi Religionem?

Respondere negative, tum quia decipit sponsam, eique gravem irrogat injuriam, quippe quæ & difficiliori alteri nuberet, utpote suspecta de carnali copula cum priori conjugio, & cum molestia expectare debet usque ad sollemnem conjugis in Religione professionem, ante quam matrimonium ratum non dissolvitur: tum etiam quia si ille ad Religionem non admittitur, tenebitur redire ad conjugem, cum periculo frangendi votum castitatis.

Ex dictis sequitur primo, cum qui post votum simplex castitatis duxit uxorem, nunquam posse ab ea petere debitum matrimonii: quia semper votum obligat, quatenus potest, & semper si qui fecit, illud debet servare, quatenus potest. Hoc definitum est c. *quidem*, & c. *placet* de convers. conjugatorum.

Sequitur secundo, eum, qui post votum simplex castitatis duxit uxorem, ea mortua, non posse secundas nuptias inire, quia quamvis semel violaverit castitatem per matrimonium, debet semper servare quantum potest, & post mortem uxoris, aliam non ducere. Ita definitur capitibus citatis de convers. conjugat.

ARTICULUS II.

*Alia septem impedimenta ex crimine provenientia explicantur.*

Explicatis impedimentis prohibentibus, a crimine independentibus, exponenda sunt quæ a crimine ortum ducunt, quorum primum est incestus; nam licet incestus matrimonium irritet inter eos inter quos commissus est, & inter eorum consanguineos, saltem usque ad secundum gradum, cum quibus per incestuosam culpam affinitas contrahitur; non tamen dirimit, sed solum impedit cum ceteris contrahendum, ut habetur c. *Si quis sponsam* 27. q. 2. & *Quidam cum fratre viri*, c. *Si quis viduam*, & *Concubisti*, c. *Qui dormierit*. Nihil autem refert, quod incestuosus nondum sit conjugatus; nam quod etiam ante conjugium contrahatur hoc impedimentum, quod cumque incestum, in penam hujus criminis, licentia ullam contrahendi unquam matrimonium prævertit, liquet ex c. *Si quis cum adultero*, & c. *Si quis cum matre & filio*, & c. *Quidam fornicatus est*, 34. q. 1. ubi privaturque sit conjugii, qui incestum commiserunt nullo existente matrimonio.

Secundum impedimentum a crimine ortum ducens, est 9 raptus sponsæ alienæ; nam istud etiam crimen est unum ex illis propter quæ jure antiquo interdictum fuit matrimonium, ut constat ex l. *Statutum* 27. q. 2. ubi sic dicitur: *Statutum est a sacro conventu* (Concilio Toletani, vel potius Rhemenis, ex quo caput illud delinquentem est) *ut si quis sponsam alterius raperit, publica poenitentia muldetur, & sine spe conjugii remaneat*. Notandum vero, non solum raptorem, sed etiam raptam, si rapti consentium præbuerit, incurere hoc impedimentum, ut colligitur ex verbis istis, quæ ibidem subduntur: *Et si reipsa rapta eadem crimini consentiens non fuerit, licentia nubendi illi non negatur*. Hæc enim conditio frustra apponeretur, nisi neganda illi esset nubendi licentia, postea quod consentiret. Multi vero improbabili existimant, hæc poena non ligari feminas virorum raptrices, quia jura tantum loquuntur de rapto sponsæ alienæ, neque considerant extraordinarios casus, qualis est quod femina virum rapiat. Non placet tamen quod alii asserunt, hoc impedimentum non incurri per raptum simplicem, nisi accedat copula raptoris cum rapta. Nam in citato canonis statuto, nulla fit mentio de copula, sed de rapto dumtaxat, ad quem, & ad hanc poenam canonicam incurrendam, quatuor præcipue conditiones requiruntur. Primo, ut adit violentia, quæ vel puella rapta, vel ejus parentibus aut tutoribus inferatur. Secundo, ut raptus fiat causa libidinis, sive copula sequatur, sive non; quia ut docet D. Thomas 2. 2. quæst. 154. art. 7. raptus proprie est species luxuriae. Tertio, ut rapta abducatur de loco in locum, & ipsius vel parentum potestati extrahatur; per hoc enim differt raptus a stupro, quo puella extorquetur copula per vim in eodem loco. Quarto, debet esse raptus honestæ mulieris, ut prædictæ poenæ raptor subiiciatur. Unde hanc poenam non incurrit, qui meretricem, vel quancumque aliam projecti nominis feminam tradidit. Quod tamen aliqui limitant, nisi meretrix sit conjugata, ejusque vir leno non sit; vel illa per aliquod tempus honestam vitam ducere inceperit. Hoc impedimentum, post Tridentinum, non solum prohibet matrimonium contrahendum, sed etiam dirimit contractum, seu reddit illud invalidum, ut constat ex dictis disputatione sequenti.

Tertium impedimentum ex crimine proveniens, est 10 mors mulieris, id est uxoricidium, quod si committatur animo ad alias nuptias transeundum, est impedimentum dirimens, ut dicimus disp. sequenti, si vero ex ira, odio, aut vindicta, est tantum impediens; qui enim uxorem interfecit, privatur spe conjugii c. *Interfectores*, c. *Quicumque* & c. *Admonere*, 33. quæst. 2. quamvis occidat deprehensam in adulterio; licet enim juxta leges civiles, qui uxorem in adulterio deprehensam, propria auctoritate interfecit, nulla poena placatur; quia tamen peccat mortaliter, a jure canonico imponitur illi poena, ut ad alias nuptias transire non possit, ut constat ex citato c. *Quicumque*, ubi sic dicitur: *Quicumque propriam uxorem, absque lege, & sine causa, & certa probatione interfecerit, &c.* Eandemque poenam extendi ad uxorem, quæ maritum occidit, constat ex cap. 1. de divortio, ubi sic habetur:

Si qua

DISPUTATIO IX.

*De impedimentis dirimentibus.*

*Ad questionem 51. supplementi, & alias sequentes.*

Impedimenta Matrimonium dirimentia, attento jure antiquo, sunt tantum duodecim; quia tamen alia duo, jure novo Tridentini statuta, fuerunt addita, sunt omnia quatuordecim, his verbis comprehensa.

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, Ordo, ligamen, honestas, Si sit affinis, si forte coire nequibus, Si parochi & duplice desit presentia testis, Raptae sit mulier, nec parci reddita ruit, Hæc facere vetantur conjugia, facta retractant.*

Congruentiam autem numeri horum impedimentorum colligi potest ex sequenti discursu, desumpto ex D. Thoma hic quæst. 50. art. unico. Impedimenta Matrimonii sumi possunt vel ex parte contractus, vel ex parte contrahentium: si ex parte contractus, cum liberam requiratur consentiam, libertati autem contrarietur error, & violentia, ex hoc capite duplex impedimentum dirimens Matrimonium provenit, scilicet erroris, & violentiæ, & ad impedimentum violentiæ reducitur impedimentum raptus. Si ex parte contrahentium, aut simpliciter, aut respectu certe personæ dumtaxat, potest Matrimonium impediri. Simpliciter, quando id provenit ratione impotentie, quæ contingere potest tripliciter. Primo ita quod nullo modo contrahens Matrimonium, possit actus conjugales exercere, & sic statuitur impedimentum impotentia. Secundo, ita quod id possit quidem physice, sed non moraliter, sive libere, & est impedimentum conditionis servilis. Tertio, ita quod id possit physice, & moraliter, sive libere, sed non licite; nimirum, vel propter obligationem ministerii suscepti, & est impedimentum Ordinis; vel ex obligatione voti sollempnis emissi, & sic est impedimentum voti. Si vero impediatur Matrimonium non absolute, sed tantum respectu alicujus personæ, vel hoc ideo est, quia Matrimonium contrahens cum una, jam contraxit cum alia, & sic statuitur impedimentum ligaminis: vel quia deficit proportio debita personæ ad personam, idque tripliciter. Primo, ob personarum distantiam, & tunc est impedimentum disparitatis cultus. Secundo, ob nimiam conjunctionem, & ita consurgunt tria impedimenta, nimirum cognationis, affinitatis, & publicæ honestatis. Tertio, ob indebitam conjunctionem præcedentem Matrimonium, & habitam inter ipsos contrahentes, & sic est impedimentum criminis. Hoc præmissis, singula impedimenta in particulari explicanda sunt, & difficultates, quæ circa illa versantur, breviter resolvende. Unde fit

ARTICULUS I.

*De impedimento erroris & conditionis.*

Græca impedimentum erroris duplex est difficultas breviter hic resolvenda. Prima est, qualis error Matrimonium dirimat? Secunda, quo jure illud dissolvat? Pro resolutione

Notandum primo, quadruplicem in contractu Matrimonii contingere posse errorem, videlicet circa personam, ut cum Jacob existimans se ducere in Matrimonium Rachel, accepit Liam. Circa conditionem, ut cum quis existimat se contrahere cum libera, & contrahit cum ancilla. Circa qualitatem personæ, ut si putat esse pulchram, & nobilem, quæ reipsa est deformis & ignobilis. Vel denum circa bona fortunæ, putans esse divitem, quæ pauper est.

Notandum secundo, errorem duplicem esse, unum antecedentem, id est qui dat causam contractui, ita ut sine illo non fieret, ut cum qui errans circa personam, vel qualitatem ejus, sic est affectus, ut nullo modo contraheret cum illa, si veritas ei perfecta esset. Alterum concomitantem, quando nimirum ille qui errat circa personam, vel qualitatem ejus, sic est affectus, ut nihilominus contraheret, tamen non erraret, ut si contrahens cum Martha, putat esse Mariam, sed nihilominus æque libenter, aut etiam libentius cum Martha contraheret. His præmissis

Dico primo; errorem antecedentem circa substantiam 3 personæ, facere Matrimonium irritum, non solum jure humano, sed etiam naturali. Ita D. Thom. hic quæst. 51. artic. 1. & 2. Ratio utriusque partis manifesta est, error enim antecedens circa personam, tollit consentium in essentialia Matrimonii, nimirum circa personam individuum, cum tamen ad Matrimonium jure naturæ requiratur consentus in ea quæ sunt ipsi essentialia.

Confir-